



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capvt II. De pœnitentia solvenda à pœnitentiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

maiores meretur: siquidem septennis pro quovis mortali ex usu erat: si tamen timeretur nimia delectio, vel diffidentia non expedit hoc dicere. Hæc Polancus.

12. Denique sic Delugo de pen. disp. 25. sect. 5. n. 60 Pœnitentia debet esse salutaris, & conveniens: hoc est primo, loco attendi debet ad utilitatem spiritualem pœnitentis, ne scilicet laquei ei iniiciantur ut vano peccata committat. Ex hoc potissimum capite excusari potest hodierna praxis, qua leves pœnitentia imponuntur pro gravissimis peccatis, id enim sapè fit propter spirituales infirmitates pœnitentium, quia gravioribus pœnitentiis scandalizantur, & vel Confessionem fugiunt, vel certe Confessarios ineptos adhibunt, qui eos curare nesciunt. Denique in dubio inclinandum est in partem benigniorem in qua minus est periculum. Monendi tamen sunt pœnitentes de insufficietia satisfactionis iniunctæ, & consulendus est ipsis usus Indulgentiarum, & aliquando imponendus, ut sic suppleatur defectus propriæ satisfactionis. Hæc prudenter Delugo.

Denique sic etiam docet Afcianus Tamburinus (quem singulariter diligo propter ejus eruditionem, & eximiam doctrinam, nec solum propter commune cognomen, & fortasse etiam propter eandem à Maioribus longè ductam familiam. Is enim sic habet. Cum quantitas, inquit, & qualitas Pœnitentia prudentis Confessarii arbitrio relinquantur, c. Mensuram, c. Deus. De pœnit. & Remiss. & c. Tempora 26 quaest. 7. in huiusmodi quantitate & qualitate Pœnitentia iniungenda inspicere Confessor debet gravitatem, & levitatem peccatorum, & qualitatem personæ pœnitentis. An videlicet sit robustus vel debilis, invenis, vel senis: an forte sit magnam recusaturus, vel, licet acceptet eam non impleturus, & alia eiusmodi. Inscienda est potissimum magnitudo contritionis: tanta esse possit, ut ea sola pœnitentiam remitteret, iuxta Glossam, &c.

§. I V. Cuius generis pœnitentiam debeat Confessor iniungere.

3. DE tribus esse solet difficultas. Primò de opere interno. Secundò, de aliis debito. Tertio, de opere pro defunctis. Quoad primum quamvis communiter expedit, ut externam pœnitentiam Confessor iniungat, tamen potest merè internam. Sic Suar. disp. 48. de pen. sect. 6. n. 4. & alij. apud Bonac. de pen. disp. 5. q. 5. sect. 3. p. 2. n. 10. Ratio est, quia ex una parte satis sensibilis fit & externa iniunctio Confessoris: & ex altera, ex se est opus aptum ad satisfaciendum, & sæpius est multum utile pœnitenti, ut recordetur quis v. g. pœnatum Gehennæ, ut eleve mentem ad Deum, ut se aspiciat Christum cruci affixum imaginetur, &c.

14. Quoad secundum. Potest etiam pro pœnitentia iniungi opus, ad quod aliàs tenetur pœnitens, ut Sacro interesse tali die festivo, recitati horas à Sacerdote, &c. Sic idem *ibid.* Ratio est, quia etiam per hæc opera satisfaciemus pro peccatis, & expedit aliquando ita alicui iniungere, ut maiorem diligentiam huiusmodi operibus adhibeat. Tunc autem duo peccata specie diversa, atque adeò, specialiter Confessori patefacienda committeret pœnitens, si tale opus non exhiberet: alterum contra obligationem ortam ex Ecclesiæ præcepto: alterum contra obligationem ortam ex hoc Sacramento. Sic Valquez alique apud Delugo disp. de pen. 25. sect. 5. n. 67.

15. Nota tamen communiter expedit, ut iniungatur illud opus, ad quod aliàs pœnitens non tenetur. Immo si nihil addat explicando mentem suam Confessarius intelligitur de opere aliàs non debito. Ut si dicat: *Adesto mihi Sacro*, intelligitur præter illud, ad quod quis tenetur in die festo. Quod si diceret: *In hac die Dominica audi duo Sacra*, puto cum Coninch. hic n. 69. ex his verbis colligi, quod præter Sacrum debitum ex Festo aliud unum debeat quis audire, non vero duo: ex tali enim modo iniungendi talis esse videtur iniungentis intentio. Si dicat: *elargire elemosinam pauperi*: puro te satisfacturum, si elargiris extrinsecus indigenti: quia licet aliàs debuisses; tamen ex modo iniungendi, non videtur Confessarius te

obligare ad non extrinsecus indigentem. Atque ex his teris non absumilia coniectari.

16. Quoad tertium, potest pro pœnitentia opus v. g. elemosina, vel jejunium, vel oratio, vel liber opus, cuius satisfactio, nec solum impeditur ex ratione, sed etiam pro defunctis. Ita Delugo de pen. disp. 25. sect. 5. n. 62. Contra Ioan. Sanchez in disp. 16. n. 1. Ratio principaliter est, quia tum illas tas applicandi opus dictum pro defunctis; est satisfactio, & jam remanet pro pœnitente tum maxime, licet à pœnitente tunc applicetur satisfactio talis, ex opere operantis, illis sanctis Animabus fructus, tamen satisfactio ejusdem operis elevati sacramentum, ex opere operato, semper pro pœnitente manebit: & sic nunquam frustrabitur sua pœnitentia, quæ est satisfactio, tale susceptum Sacramentum.

§. V. Quando Pœnitentia imponi possit.

17. DEbet Pœnitentia imponi à Confessore, si audita peccata, sed vel ante, vel post absolutionem, dummodo mortaliter cum ipsa coniungatur. Confessio tamen videtur, ut iuxta consuetudinem, tunc minuter introductam, imponatur ante absolutionem, post exposita peccata.

CAPVT II.

De Pœnitentia solvenda à Pœnitente.

§. I. An Pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam acceptatamque solvere.

1. Pœnitentiam siue medicalem, de qua dubium apud Doctores; siue in satisfactionem tenetur acceptare pœnitens. Ita Suarius *Concl.* alij *supra citati*. Ratio est, quia Confessor potest pœnitentiam re: ergo pœnitens debet acceptare. Antecedens colligitur ex Concilio Trid. sess. 14. cap. 8. quod docet in Sacramentis esse potestatem ligandi, non solum ad infirmitatem dicamentum, sed etiam ad peccati commissi venialitatem. Consequentia patet, quia hæc sunt correlata, potest præcipiendi, & obligatio obediendi.

2. Hinc sequitur debere impleri talem pœnitentiam (si non detur sub conditione, de quo *supra dixi cap. pcedenti*, §. 1.) à pœnitente, ex se quidem sub obligatione mortali, sed ex parvitate materiae sub venialitatem: parvitas materiae, quod pœnitentia est levis, immo propter peccata venialia, vel propter mortalia aliam absolutam. Sic idem Doctores citat.

3. Sed triplex est difficultas. Prima: quid si sit gravis, sed imposita propter prædicta venialia, vel propter absolutam mortalitatem? Id quod posset aliquando etiam tamen ab absolute mortali, quando scilicet ob multitudinem continuationem venialium ita expediret: quamvis hoc cum Coninch. n. 81. nunquam pro his, Sacerdotem obligari gravem poenam iniungere.

4. Respondeo. Quamvis sit probabilis cum Henrich. tunc obligari sub mortali, quia Sacerdos habet talem potestatem, & aliunde materia jam est gravis: tamen est etiam probabile non obligari nisi sub veniali. Sic idem *in fine*. Vide Dianam p. 3. tract. 4. resp. 126. Insuper propter multos Auctores ita sentientes. Ita Suarez, Coninch. alique citat.

5. Secunda difficultas. Quid si sit levis, sed datur pro peccatis gravibus aliis non absolutis? Respondeo cum Suar. citato, non obligari sub mortali: quia licet causa gravis, tamen materia ipsa præcepti non est ad talem obligationem sufficiens.

6. Tertia difficultas. Potestne Confessarius imponere pœnitentiam gravem pro peccatis gravibus, sed dandam solum sub veniali pœnitentia? Respondeo cum Suar. cit. licet neget Valq. cit. à Præpositio in p. 3.

Ratio est, quia tota obligatio penitentis fundatur
in voluntate Confessoris quasi leg. statoris, qui potest
voluntate præceptum, ut liber, moderari, hinc obiter colligimus
obligationem hujus gravis obligationis per nos non ori-
ginationem Sacramenti, quasi requirentis satisfactionem
pro sua parte necessario ponendam: ex hoc enim capite
est etiam obligatio sub mortali ad exequendam præ-
tulerunt levem pro levibus injunctam, sed origi-
s; est fatis-
tionem præcepti Confessarii, ad id potestatem habentis,
in statuam cit. sec. 7. n. 5.

Quæres. An opinio illa, quæ docet poenitentiam non teneri acceptare poenitentiam, sit probabilis? Respondo: post Tridentinum multis non videtur probabilis. Et Victoria quidem apud Deugo *dis. de poenitentia, lib. 5. n. 88.* & Valquez aiunt, post Tridentinum, esse de fide quod Sacerdos possit obligare ad aliquam poenitentiam; & Suarez dicit contrariam opinionem esse tentatariam. Aliis vero videtur etiam post Trident. esse tentatariam. Non enim videtur Tridentinum damnare

probabilis : quia non videtur Tridentinum damnare
nullius opinionem, quam Doctissimi viri sequebantur.
Sicutus, Medina, Armilla, Sylvestre cit. Suario hic.
Aldo Gabriele, Tabienam, Navarum, Holtien. &
Pacornatum cit. P. Antonio Sandarell. in *manuscrip.*
de Sacramentis hic. Vide etiam Dianam 2. par. tr. 1. *As-*
sell. Ref. 51. & par. 3. Tr. 4. ref. 1. Ex qua opinio se-
quitur quod si esset peccens aliquis, qui nollet acceptare,
paratus in Purgatorio solvere ; non esset ex hoc præci-
satus censendus indispositus (nisi forte recusaret peniten-
tiam etiam parvam esse signum non veri doloris) nec
propter hoc solum esset sine absolutione dimittendus,
quia liquet Opinione quam tanti viri sequuntur. Cæ-
terum citatus à Delugo *disq. 25. de pen. sect. 5. n. 68.* addit
non solum non esse obligationem sub mortali, acceptan-
di, sed nec implendi acceptam : quod sanè, est nimis
arbitrium dictum.

§ II. Quando debet Pœnitentiam adimplere Pœnitens?

Proest esse difficultas Primò, quantum temporis post abolitionem (nam sciti certum esse, posse in seculo ante abluionem; sic certum est, id non esse necessarium) Secundo, An in tempore, quo forte penitens sit in statu peccati mortalit. Tercio, an in tempore, quo exercet aliud opus de præcepto: v. g. an possit recitare coramam injunctam ex penitentia, dum audit Sacram De præcepto Ecclesie?

9. Quoad Primum: per se debet adimpleri pœnitentia quando Confessor designat: licet faciliè excusari possit à mortali, dilatio talis temporis designati: quia communiter Confessarii præceptum cadit potius in rem exhibendam, quam in tempus. Quod si non designat, ut communiter fieri consuevit; per se loquendo, debet impleri quam primum commodè moraliter potest, si non videtur votum, aliaque similia: Ita Suarez cit. *hic* obligat tamen probabile cum Delugo d. 25. *scilicet* 3. de pen. num. 92. quod dilatio, nisi sit nimia, et ad longum tempus, et nisi ipsa dilatio minuat rem iustitiam, non sit mortalis: Sicuti idem dicitur à Delugo *ibidem*, de voto absque temporis determinatione emissio, quando dilatio tem promissam non minuit, ut minueret tardus intellectus in Religione. Aliqui ut Antonius Fernandez in *instr. Conf.* 1. p. docum. 7. §. 2. n. 2. simpliciter, et absolute extendunt ita ejusmodi obligationem; ut censent esse unum annum posse differri: sicuti ad unum annum diffusi potest obligatio confitendi: quod tamen videtur nimis largè prolatum.

10. Quo ad Secundum, Dico posse adimpleri à peccatore dum est in statu peccati mortalis : Sic Delugon^{is} de p^{er}te, des^{us} 25. s^{ec}ti. 3. & communiter : quia quamvis tunc non sit in statu meriti, tamen est in statu, quo potest præcepto Confessarii satisfacere.

Quoad Tertium, Potest Pœnitens solvere pœni-
tentiam quando exercet aliud opus de præcepto; si pœ-
nitentia, & dictum opus non se invicem excludant: Si
Pars II.

Castrop. *Tom. 1. Tr. de legibus disp. 1. p. 20. n. 1.* quare dum
audis Missam de præcepte; potest recitare v.g. Coronam
Beate Virginis impositam in pœnitentiam: non enim
hæc se excludunt, &c.

§. III. *An possit impleri poenitentia per alium?*

11. **C**um satisfactio sit personalis; communiter per scriptum illum penitens exhibere debet; nisi forte sit Eleemosyna, quæ talem rigorem non requirit. Vide Delugo *dis. 25. sec. 5. de pen. num. 79*. Si tamen judicaverit Confessor, ex iusta & rationabili causa, expedire imponere satisfactionem impleendam per alium, posse, non est improbabile. Ita Suar. *dis. cit. 28. de ven. sec. 9.*

12. Hanc inferuit illum, qui redditus est impotens ad penitentiam sibi impositam implendam, non teneat ad illam implendam per alium, etiam si commodè id facere possit. Sic Delugo *disp. 2, de pen. sec. 5, num. 87*. Ratio est, quia praeceptum non fuit de procurando alieno jejunio v. g. sed de jejunio proprio: quod cum poni non possit, cessat obligatio.

§. 1 V. *Ad quid obligetur Pœnitens si pœnitentia obliuiscatur?*

13. **E**odem modo, qui oblitus est penitentiae sibi impositae, manet liber ab obligatione praecepti Confessarij, quando non recordatur, et memore Confessarium consulere non potest. Ita idem *ibid.* Nec tenetur Confessionem repetere, ut iterum poenitentiam recipiat. Quae quidem vera sunt, etiam si culpabiliter, oblitus sit poenitentiae: tunc enim satis erit confiteri peccatum illius oblivioni culpabilis. Ita Vasq. *cit. q. 94. art. 2. dub. 4.* Ratio horum est, quia non potest tale praeceptum saltem sub mortali obligare, quam ceterae leges, ac praecepta, ut supra dictum est, quae dum ignorantur, obligare nequaquam possunt.

§. V. *Qua ratione obligetur Pœnitens ad circumstantias operis imposui à Confessario?*

14. **S**i impolitum sit v. g. recitare aliquot Coronas ante talem imaginem, vel flexis genibus; an satisfaciens penitens ante aliam imaginem, vel stando, &c. Distinguitur cum Delugo *cit. n. 93.* sicuti solet distinguui de voto cum Sanchez *l. 4. in Decal. c. 12. num. 1.* Quando enim res promissa est gravis & circumstantia levis, ut communiter est, in dicto casu, de recitatione coronarum ante talem imaginem; obligabitur penitens ad illam circumstantiam, solum sub veniali; at quando circumstantia est gravis, ut si in tali imagini esset particulare obsequium, propter concursum, vel aliud simile, ut etiam alicui videretur esse in recitatione coronatum flexis genibus; tunc obligabitur etiam ad illam circumstantiam sub mortali. Atque hinc etiam colliges, An liberetur penitens ad obligatione ponendi penitentiam, quando non potest ponere circumstantiam iniunctam a Confessario. Regula enim desumenda est ex simile paritate voti. Sic *ibid.* Sanchez. Et breviter totum negotium colligerimus est ex intentione Confessarii imponentis penitentiam: Ita Delugo *paulo ante cit. n. 94.* Si enim ex conjecturis colliges ejus intentionem solum fuisse ad substantiam uperis etiam cessante circumstantia; sub hanc non potes, illam exhibere debes; secus, non item.

C A P V T I I I.

De commutatione pœnitentiæ.

§. I. *An pœnitens sibi commutare possit pœnitentiam
à Confessario iniunctam.*

15 **D**ico non posse ita Sanchez, Regim. Coninch.
Aliique quoscitat, sequiturque Delugo *disp. 25.*
E de